



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 95. Marcellus S. Episcopatus Ordine insignitus, ac in Papam  
inaugruratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XCV.

Sæcul. XVI.

A.C. 1555.

Marcellus S. Episcopatus Ordine in-  
signitus, ac in Papam inau-  
guratus.

Sequenti post electionem die Marcellus <sup>Duchesne</sup>  
a Cardinale Caraffa Sacri Collegii <sup>hist des Pape</sup>  
Decano Episcopatu initiabatur, quem <sup>resp. 412.</sup>  
nondum susceperat, quamvis plures Ec- <sup>Ciacon. &</sup>  
clesias administrasset (\*). Postmodum <sup>Spond. l. c.</sup>  
<sup>Pallav. l. c.</sup>  
dien. 4.

(\*) Hæc finistram Lectori opinionem inge-  
rere possent, nisi clarius rei gestæ series expo-  
natur: hanc igitur in rem lubeat percipere  
verba Ciaconii, qui ita differit: *Altera die a*  
*Joanne Petro Cardinale Caraffa Episcopo O-*  
*stiensis, qui mox in Pontificatu ei successit, Ro-*  
*manus Episcopus consecratur: nam licet antea*  
*Neocastrensis, & Rhegiensis fuisset Episcopus,*  
*consecratione inaugurari noluerat, cujus recta*  
*mens adeo sollicita miseræ ambitionis cupiditate*  
*vacabat, ut omnibus dignitatibus, summoque*  
*Pontificatui præferendam vitæ Innocentiam, in-*  
*corruptamque justitiam in suffragiis præcipue*  
*ferendis necessariam affirmaret.*

His addit Andreas Victorellus in add. ad  
Ciacon: *Si consecratus non fuerat ea consecra-*  
*tione, qua Episcopalis potestas, ad Sacrorum*  
*Ordinum, & Confirmationis Sacramenta con-*  
*ferenda, traditur, electus in Episcopum erat;*  
*non autem Episcopus quoad ea, quæ sunt Or-*  
*dinis*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1555.

die undecima Aprilis, in quam sacræ hebdomadæ Feria quinta inciderat, duodecim pauperum pedes lavabat, & Pontificii imperii Thiaram a Cardinale Bellajo Portuensi Episcopo sine ulla pompa, ac solemnitate recipiebat, cum jamjam festa Paschalia ingruerent. Præterea sumptus, qui in ejusmodi inaugurationibus per festivos ignes, facesque per urbem accensas fieri solent, in pauperum usus converti præcepit, cum autem Magistratus sua illi obsequia deferrent, & vectigalia imminui peterent, perbenigne eis respondit, se nunquam nova impositurum tributa, sed potius populum, quantum fieri poterit, ab oneribus liberaturum; nec non omnem lapidem moturum, ut inter Christianos Principes pax restituatur. Porro cum ab eo peteretur, ut quibusdam articulis in conclavi decretis subscriberet, illos, „inque-

---

*dinis: nam ad essentiam Episcopatus duæ Ordinationes requiruntur, Presbyteralis, & Episcopalis. Vide Card. Bellar. lib. I. c. 5. de Sacramento Ordinis. Concilium Tridentinum Sess. 23. Can. 7. Episcopos Presbyteris Superiores esse, & potestate confirmandi, Ordinesque tradendi præditos esse: & can. 6. Hierarchiam in Catholica Ecclesia divinitus institutam, eamque ex Episcopis, Presbyteris, & ministris constare definiuit.*



„inquietabat, jamjam jurejurando firma-  
 „vi, quocirca eos quoque non modo  
 „lingua, sed & opere exequi paratus  
 „sum.„ Eodem tempore Senenses  
 mox percepta illius electione eum sup-  
 plices adibant, ut eis opem ferret, at-  
 que in illis, ad quas redacti essent, an-  
 gustiis eos in fidem suam reciperet, cum  
 spe freti viverent, quod propriæ suæ  
 Patriæ misereri vellet: ast illis signifi-  
 cari hæc fecit: Senensem civem priva-  
 „to favore agere haud possum, quin com-  
 „munem omnium Christianorum Pa-  
 „trem exuam, quapropter potius tem-  
 „poris necessitati serviant, nec ab iis,  
 „quorum arma palmis florere sciunt, con-  
 „ditiones nimium duras exigant. „

## §. XCVI.

*Pontificis studium in emendandis  
 moribus.*

Cum summus Pontifex ad componen-  
 da Religionis diffidia Synodum re-  
 staurari ardentem desideraret, hinc qua-  
 dam die cum Cardinale Mantuano hac  
 super re conferens agebat: „hucusque  
 „ea res minus ex voto succellit, eo quod  
 „medium magis opportunum non fue-  
 „rit quæsitum; prius enim integræ re-  
 „formationi incumbendum est; hac  
 „quippe via brevi vera tollentur diffidia  
 „& potior controversiarum pars vel ex  
 „se

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1555.

Spond. hoc  
 ann. n. 6.